JOSEPHI
VRCEOLI
PATRITII FOROLIVIENSIS
CONSVLTATIONES
FORENSES.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA

JOSEPHI VRCEOLI

PATRITII FOROLIVIENSIS J.C.

ET OLIM ALMÆ ROTÆ BONONIÆ, ET POSTEA ejuſdem Civitatis Auditoris Generalis, & modò Inclytæ Rotæ Florentinæ Auditoris.

CONSVLTATIONES FORENSES

RERVM PRACTICABILIVM, ET IVDICATARVM:

IN QVIBVS SELECTIORES, AC QVOTIDIANÆ QVÆSTIONES, *quæ apud omnia Tribunalia frequentiùs in diſputationem veniunt, breviter, ſingulari ordine, ac facilitate tractantur, atque reſolvuntur, unà cum Deciſionibus variis, in quibus nodoſiſſimi Iuris articuli diſcuſſi fuêre, necnon reſolutionibus Cauſarum tam in Corpore, quàm in fine plurium Conſultationum accommodatis.*

IN HAC TERTIA PRIMÆ PARTIS EDITIONE, A PLURIBUS PRÆLI mendis expurgatæ, Allegationibus DD. adauctæ, & Additione Secundæ Appendicis, Singulares Cauſarum Caſus in dictis Tribunalibus definitos continentis ad majorem illarum comprobationem illuſtratæ.

CVM DVOBVS INDICIBVS COPIOSISSIMIS AC ACCVRATISSIMIS, *quorum prior continet Argumenta Quæſtionum, alter verò Materias omnium Rerum Notabilium in Prima hujus Operis Parte contentarum.*

PARS PRIMA.

COLONIÆ ALLOBROGVM.

Sumptibus SAMUELIS DE TOURNES.

M. DC. LXXXV.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

10

AD LECTOREM.

PRODEUNT in lucem, HUMANISSIME LECTOR, meæ Conſultationes Forenſes. Sed quid? Omnium enim ſæculorum commune vitium fuit, ut illi, qui ſuo nomine obſcuri ſunt, facto aliquo cæteris innoteſcere cupiant; Sed fallimur, humanæ ſiquidem naturæ debilitas eſt, fuit, & erit, ut cùm ſcire ſit ab animo dependens, eò crebriùs ignoramus, quò longiùs diſtamus à Cælo, à quo eſt animus, & ſcientia. Baldus tamen noſter in procœmio Decretalium docet, conceptus noſtros tanquam literarios fœtus in lucem educendos, & communicandos eſſe, cùm ſcriptis, veluti propria prole animoſior fiat quiſque, qui hiſce laboribus Deo, Patriæ, hominibúſque deſervire intendit, &c, allata de divite ſimilitudine, hæc aurea verba potulit. *Quemadmodum triſte eſt diviti decedere ſine hærede, ita miſerrimum eſt habenti à Deo gratiam intellectus poſteris, ideſt ſtudioſis, nihil ſcriptum dimittere, quo poſſint velut hæredes intellectus aliqualiter conſolari*, ibique increpat oppoſitionem illius, qui fortaſſe dixerit, *ad quid loqueris? cùm tot ſcripſerint, qui mundum illuminaverunt?* Reſpondit, *Adhuc multum reſtat operis, multumque reſtabit, quia inveniendis inventa non obſtant, teſte Seneca*, & quemadmodum in Olympicis non meretur coronam niſi qui legitimè certaverit, ita nec dignus eſt vitâ, qui nihil parturit, quo teſtetur ſe vixiſſe. Hinc tam hac, quàm alia etiam de cauſa Librum hunc edidi, ut nempe non ignoretur in quid tempus conteram, & ubi genius meus, nativáve propenſio inclinet. Si gratus tibi fuerit, dabis mihi cauſam agendi, ut aſſocietur, videaſque complementum, & fortaſſe alia quædam, (otium tamen, tempus, ac ſanitas, quæ ut plurimùm viros ſtudentes fugit, ſi ſuppetant) de Juriſprudentia non contemnenda longè alio ſtylo, ac methodo, quàm conſulendi deſcribenda, ſi autem contrarium evenerit, itaut videam id mihi accidiſſe, quod Liricus Poëta ſcripſit.

Amphora cœpit
Inſtitui currente rota cur URCEUS *exit;*

IOSEPHI URCEOLI
PATRITII FOROLIVIENSIS
CONSULTATIONES FORENSES
RERUM PRACTICABILIUM, ET JUDICATARUM.

PARS PRIMA.

ARGUMENTUM.

SCRIPTURA dotalis, quæ prætenditur facta ante conſummationem matrimonij, & poſtea enunciata in inſtrumento dotis confecto, an habeat prælationem in hypotheca adverſus tertium creditorem medio illo tempore contrahentem, & habentem jus ex publico inſtrumento anteriore quidem inſtrumento dotis, ſed poſteriore ipſimet ſcripturæ enunciatæ, & quid ſi ipſa apocha dotalis eſſet per extenſum inſerta in eodem inſtrumento. Rurſus & an illa ſubiaceat diſpoſitioni *l. ſcripturas C. qui pot. in pignor. hab.* & de quo tempore illius hypotheca incipiat, & an requirat recognitionem, & fiat retrotractio hypothecæ ad tempus apochæ confectæ, vel potius ejus hypotheca incipiat à die recognitionis, & demum quando dos data dicatur in fundo dotali, vel in pecunia, latiùs hæc omnia diſcutiuntur & ventilantur.

SUMMARIUM.

1 *Extrema Salviani probantur ex inſtrumento crediti cum clauſula conſtituti in eo appoſita.*

2 *Apocha privata anterior præfertur publico inſtrumento poſteriori.*

3 *Enunciativa probat etiamſi non conſtet de enunciato & relato, quando eſt adminiculata, concurrentibus ſcilicet conjecturis, & præſumptionibus.*

4 *Præſertim favore dotis.*

5 *Amplia etiam inter alios, quàm ipſos contrahentes.*

6 *Fides Parochi deſcripta in libro matrimoniali, & formiter extracta probat tempus contracti matrimonij.*

7 *Dotis conſtitutio probatur per indicia, & præſumptiones.*

8 *Cenſus eſt nulliter impoſitus ſuper bonis fideicommiſſo ſubiectis.*

9 *Enunciativa non probat contra tertium creditorem, non exhibito, nec juſtificato enunciato, vel relato.*

10 *Amplia quamvis Notarius atteſtaretur rem enunciatam ſe vidiſſe, & legiſſe.*

11 *Relatum ubi non exhibetur, nec reperitur, reddit ſuſpectum de falſitate ipſum referens.*

12 *Scriptura ſine die, menſe, & anno non facit probationem contra publicum inſtrumentum, quando principaliter agitur de prioritate temporis, & tempus eſt de ſubſtantia probationis.*

13 *Enunciativa inter alios, quam inter ipſos enunciantes minimè probat, quando primariò dubitatur de enunciato.*

14 *Confeſſio dotis ſimplex facta in inſtrumento non probat.*

15 *Enunciativa non probant anterioritatem in præjudicium aliorum creditorum.*

JOSEPHI VRCEOLI

PATRITII FOROLIVIENSIS J.C.

ET OLIM ALMÆ ROTÆ BONONIÆ, ET POSTEA
ejuſdem Civitatis Auditoris Generalis, & modò Inclytæ Rotæ
Florentinæ Auditoris:

CONSVLTATIONES FORENSES

RERVM PRACTICABILIVM, ET IVDICATARVM:

IN QVIBVS CELEBRES QVÆSTIONES, QVÆ IN FORENSIBVS Tribunalibus plurimùm occurrunt, materiam præcipuè Contractuum, Vltimarum Voluntatum, ac plurium Statutorum interpretationem concernentes facili methodo diſceptantur, quarum Articuli quoque & quidem acutiſſimi, & ſubtiliſſimi fuerunt tum in eadem Rota Bonon. tum etiam in Sacro Rotæ Romanæ Auditorio plenè diſcuſſi.

DECISIONESQVE, AC VOTA EXINDE SVPER ILLIS EMISSA, VEL in calce plurium Capitum, vel pro Capitibus ipſius accomodata fuerunt, ad plenam Rerum digeſtarum explanationem.

Quibus accedit ſingularis Appendix ad omnia ferè Capita Primæ Partis.

CUM DUPLICI INDICE LOCUPLETISSIMO ET ACCURATISSIMO, UNO Argumentorum, Altero Materiarum omnium Rerum Notabilium, quæ in hac Secunda Parte continentur.

PARS SECUNDA.

COLONIÆ ALLOBROGVM,
Sumptibus SAMUELIS DE TOURNES.
M. DC. LXXXV.